B. N. C!
FIRENZE
1029
35

135

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

¶OSCI ET VOLSCI DIALOGVS LV- DIS ROMA- NIS ACTVS

Inventu. Catal.º
S.E.C.
S
IV—32
BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

Mariangelus Accurſius Thomæ Petraſanctæ.

COmitatem tuam bonorum mihi antea ſermone cognitam ita omni ſpe maiorem nunc agnoſcere incipio/ut cum ea diſciplinarum orbem admirari pariter non deſinam. Hinc factum eſt/ut ridenda tibi iam cõmittere non ſim ueritus. Dialogum uȝ iſtum ſtilo altis ueluti radicibus innixo in multorũ æui noſtri litteraruȝ horto/anxiis (ut ita dixerim) uigiliis ac ſũmo ſtudio deſipientium. Eum/quia in munificentiſſimo apparatu ac publica Romanorum letitia/cum ſuperioribus diebus Iulianũ Medicen urbe donarunt/agi breue tempus non permiſit/eorundem flagitatione quorum iuſſu fere triduo & concinatione fuerat tumultuaria inſtructus ædere impellimur. Vt maiori fortaſſe detrimento temporis in negocio pa[illegible] yracum eum quiq; legant/quem diſpendio uoluptatis ocioſi ac ſedentes togatum in Scæna non uiderunt. Vale,

OSCVS.

VItulatio eſt mi phiſiculanti/conruſpaūti/prī
uaꝗ diruncienti. Nan ſuditer fulguriterꝗ
ſpicio/dædalam omniparamꝗ naturam nō
nouercam gnixo i.e bulga/e folliculoꝗ exē
thecato protinam/uerum Mām̄am pollucibilem fuiſſe.
Nec gymnade cacodemonem in triga/ſet in blatteo pa-
ludamento ſtatuiſſe Et nunc ingentiſſima Mehe Ormo
thogeum/Phorbiontem/Strilicem/Doriſcaſꝗ ſecundi-
tate donaſſe/ac cypro æꝗ atꝗ ſontico æquimentū atroa-
tionemꝗ reddere(utꝗ imaginarie & ſimilitudinarie hi-
ſcam)retaliare ſardo. Quande ſpiranter aura ueſcier/hac
ceꝗ fruiſci Aeuitatis aletudine duint/qua Romanicæ
Gentis maieſtatiua Majeſtas in illeum defecatum & li-
beſum caſcum ſtatū auceta retroditur/ideſt antiquatur.
rituſꝗ Quiritium redundāter ac ſuperfluenter defrecan
tur/februantur/eruderanturꝗ auſpicamentis Archiflami
nis. Cuius in adoreas ſimitu omnes ſturnatim/conſpirā
ter/affectanter/centuriatim/grummatimꝗ adſurgere de-
berent. Ipſus Ego pol id ſpontaliter cupienterꝗ præclari
ter factitarem/ſi. L. Apuleii multiloquentiæ lineamen-
tationem leuigatiuſꝗ ueriuerbium ſaturantius ac nō ne
pa lyra concallerem. Illeam (inꝗ̄) ſuauiloquentiam facū
dioſam & oratorium melos/quo ipſum Aſinum cogno
mento aureū/ auratiorē auro faſtigauit. Eſt quippen eius
tanta altiloquentia/ut prę huius noenon uatracen Arpi-

natē polylogum/blaſteratorem/Lingulacam/immoderatam ſuam eloquentiam pro roſtris dixe credam. Capital cōmiſi/q Criſpi mediocricula uerba/infantiliterq; adſtructa mis congermaneſcuerim. Melton axauerim/petroneſam ſam infinibilitatem tollutiloquentiamq; pro roſtris eructaſſe. Di duoni ſi h'c apor frequētarios Quirites qui tirandum foret/peroptarem. Q. Hortenſii immo Hortenſii mamuriam. ſedum Aſini gloſſemata/& Capellæ panepiſtemū/litteroſiq; Apollinaris Ciceroni inuectiualiter obſtrigilantis/uitilitigantis/pipulantis/carinētiſq; uocula ſeſqpedales exterſas nouas adfluere. q̄ etenim celebraſcerē/grandiret/regieſcerē? q̄ famoſam momine domuitionem remerem? VOLSCVS. Perſalue poetarū Plato/philoſophorum Homere/gēma amecorum litterarūq;/Qui Deus terrenus es & mortalis Papeus. OSC. Et tu ſirempſiter/ſinchroniſmorum neoterorūq; polyhiſtor Appion/& cor latinum. VOL. Pullariam datatim ceſſo te conlabellare orculo ſociēne oculiſſime? OSC. Tu dum extrarius ſatin cum letitudine? VOL. Nemut nō acoſme. Ameti & inori/medioximi/minereimiq; longiſtrorſus ſaluom numero te imperāt uiuiſſimi OSC. Forcte Horcte. Tibiq; & ibus pliſſimum atroandum. VOL. Quid uero hic admirabunde tuditabas? Audiuitaui te nō longule hinc diutule loquitātē: tacuiq; q̄ taciturui potius. OSC. Euax dubene & diiouis luceti: mirumſt q̄ antigerio mehe hilaribundum tis prolubio aduentus tutaxit: elucidataſq; pene draconas excierit. Ego Theatrum

decumanum nupera exfeb:efactum brupens circumſpe-
ctabam. Hoc (inq̃) quaternatum/contignatum/ichthio
collatumq; teſſellatim.coaſſationibus deliciis/ſcandulis/
ſubſtructionibuſq; contrabiorum architectatis. Spicin ſi
liquaſtra undiquouorſum ad ſeſſum conſpiciliumq; om
nigenorum mortaliũ conſtrata? VOL. Corgo. OSC.
Et ſellas ſcãſiles/Helleniſmo Anabathra. Iuxtim Senacu
la/in quis Sufes/maxumates/uenoces/ſummateſq; ſeden
titabunt. Infra/turbela murmuratione expergifica & ob-
ſtrepera/epiphonema/chirooniaq;/Senatus blattiferi ſpi
rarcorumq; auribus non muriceis nec ferabitibus nec in
cicuribus adrumabit/muginabitur/pediet. Puſii ſuccotril
la frigutient. Pitpit demus oculeatim trutino/nil eſt qd'
titiuilitii/flocci/hilumq; nauſeem. Ita ſollon dædalice/
dinocratice/uictruiterq; complexum. VOL. Mamuri
ter. Quin etiam canteriatum lociolente/ferruminatum
aſſerulatumq; gnariter/ſtatumine ſtatuminatum. Zona-
tim aſſulatimq; ualgæ/uietæ/cameræq; feſtæ frundes. En
altrinſecus/horſum Ara Oreo obſca. En illorſum conre-
gione Palæ altera obſata. En Ligella entipagamentaq;.
OSC. Set quid/Antifer ſymniq; prox q̃ mox aderit/
nec extrant ſocciferi Gralatores Mimologiq;: quos tu
ſcrutinio pẽſiori Rubricarios mauis. abſentatis. ſ. auerrũ
catis & deſcobinatis deletitio graphide/atro. O. fodicatis
nugalibus ſcholiis. Quod gnomonici pre ingenii maco-
re ſenſuq; arcadico/q; adminicula adſciueris ut ferme in
omnibus parergica/excantant. VOL. Optum e menis

ut qui non apor hoſce Triuiales feculentos/hircoſos an ſancti computreſcentiores ab abecedaria umbratili littera rum pugnitariola.i.ſchiamachia imbutamentis/progym naſtiſq; tete cõmalaxaueris:ſet apud me non pridem pul pitarium per lateburnulos/roſcidulas ripas/florulentulas uerrucas/muſcidoſq; limpedoros/& fluimina confluges q; ſedentem.cum unoſe ambulacra capeſſentes aprican teſq; in anclincio ſtibadioq; hoc eſt ſelliquaſtro ſedienculaq; ceſpititia ſectator noſter & dogmaſticus fuiſti. OSC In mamuriam quaſe ſomnialiter badizat ut interduatim cum per frondiferas cicuticinibus ferabitibus cultas dis calefurnias/perq; ſilenta ſtloca/amq; ſcaturientes murmu rillo riuolos/liſtrionaq; proſarias rhythmipedeſq; ſtrui ces cantitaremus/Ranæ obrutentes repentaliter aduorte rint/cis ripulaſq; effutæ fuerint/nobis.s.uiciſſim brecce cecexizantes. Aſinos ſimulter/q bibeſii andruauerãt/ca ptos ſuada medulla ſmciniæ adruditaſſe ambobus infici as ulli nequunt. Atq; ego obiter & paradoxaton confieri poteſſe ut utrũq; ratione particeps pſalmos noſtros decu nerent/niſſuriſſeq; ſermonem rumifero.nemut cõtra for ſit quid dicaſſis. VOL. Texternam fixulæ prebuimus ueram ipſipe.Olim.n.ſectatos arboſenos raſorẽ Orphæa concinentem uanantes caluontur.Ego plane pe quo pe teſcis phiſicum conſilioſſiſſime gnarigabo ſecretulum/& ſupra ſcotinum Heraclitum perplexibile faculter dice/ euannabo/emedullaboq;. Auriculas frige atq; audi læta beris. Reſidibus horis ac tumultuariis lucubratiunculis

preſſius indaganti mihipte renati multinomii Pythago-
ræ abdimenta opinamentaq; hocce contigit in lucorẽ ru
durare latibulum. Poſito homone/exdorſuat a diſpalata
diurnataq; anima/redux uel alium nanciſcitur/aut etiam
brutorum aqualiculo in latebratur.eorum maxume(ad
quo calliſco & mi conuellit aurem lar caſarius)quæ cor-
porare haud ſolent Mortales. ea eſſe autem exterebraui
Aſinos Ranaſq;. OSC. Philoſopha phroneſis/impen-
dioq; adtendenda. perge. VOL. Omne.n.incurui cerui
cum Animale nequaliis/lamberatione/termentoq; ſuo
quodam tallipedant lacunanturq;.& uel pro tuccetis in
cõmeſſatione uel lurchinabundis maćtitantur Aſini au-
tem donicum ad termonem brauiumq; uitæ repanſant
nusq̃ macellãtur.Ranæ itidem æmidulæ ocioſe uſq;qua
q; quaxant:non aſſa nem uoce ſet organice. Indeq; ro-
tunde Axare pro eloquutiliter uerbula exuomere Latia-
les ſuremerunt.Ibuſq; occdium nemo homo parat.in ei-
naium tantum partis poſtlimi[illegible]ius quidam intuunt ligu
ritores.ut.s.in moſculis catamitorum pariles nil non cõ-
[illegible] eius cum homonibus & hinc adnaſes. OSC.
Non Quatrurbæ ita quatruibice. Muſſæ ita muſſice, Pal
las ita pallad[illegible] q[illegible] educeme[illegible]/[illegible]
[illegible] ex Scœna [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible], de

bilonem/elucum/cracentem/crocotilum/monogrãmũq;
exfectum.tanq̃ turchineris ob imaginariam inſomniam.
Nem illud potius in cauſſa/q; Fornix fornicantem Te/
pluſq; æquo equitantẽ male habeat fœminoſum. VOL.
Ita me Arungus Rubiguſq;/Tutanus Tutilinaq; a galli
co contagio tutaxint/non iſta mihi labes labida laboſaſt.
nec fuam myops adeo/cecultans/dementatuſq;/qui ado
leſcenturiem catulliamq; bipuer:iſtiſce me proſedis con/
demp ſens comitaſſenſq;:etiam ſi pateretur paupeatini in
citas.Noſti.n.ollas/flauiſſas tantummodo latrare/ſuratri
mas/trahaces/inducularum lopades/temetorum calpar.
OSC. At illud conſiliuiſti/Quæ linguam ſublabrant/
uibrãter clunes exdocteq; tudiculãt/& deſultura atq; ad/
ſultura articula femina acetãt/trigãt/capreolatimq;cruſcu
la criſpãt ſupae ninguea/ut uenus edulcetur inſcẽſori/te
cellicluniæ/alicariæ quæq; dulcitatẽ melculum dum/reli
cinæ/reflatæ/replauſæ/recliuiter atq; relecte operatori re/
ſponſant danunt. VOL. Inficiandum id quippen non
eſcit.At dice/ubi caluitates glabretaq; criminularum ocu
latis antlant manibus/nec eruſcare/manuari/clepereq; da
ri ſibe ſpiciunt/non ne ſtatim ningues creduas easdem/
Hebetes datatim ludendi facturiendiq;/uultuoſas/mar/
core racẽtes/gelicidio fruere/marmorare ac lapire:Lipe/
re uero temet/ſi duis quibus nulla ſatias/cupedia omni/
uola/rubiginoſo ſemper oculi limaces marſubio/libidini
tas prouinoſaq; tentigo etiam ancumulentis imbubina/
tiſue/lauſtauræ/dardaniæ/fallacioſæ / conuaſatrices/har/

pagonæ/nugiuendæ/pelliculatione palpiſq; uenatiua/ luminum populoſitate cōſtipatæ/& totæ oculeæ. OSC. Mantiſſam adiice/Inuenirier neminem non mangonizatam/uenalitiam/quæ glaucoma/amblyopiam/amauroſim/ſcotodiniaſq; Sphragidonichargocomitibus ingerūt Et capronis/fallaciloquētia/falla/ſutela/offudis/cinnis/ trahaciori tractu q̄ quo explicatili mechanemate pelles in pelleſuina pelliones explicent trahentes/forinſecus ebriulant exoculant malaciſſant externantq;. Prodius cattiliones/ſardanapalitiæ/madulſæ/manſutię/fraceſcētes/collutilatæq;. Et (ut parapoda utrunq; exprimam) Harpyiæ. VOL. Et quæ ad inſtar habent ficitatis nočtipuga. In lauiatrinis nūquam perporatæ/genuæ/māſutiæ/biboſæ/ ebriacæ/peminoſæ/leucunæ/eretinæ/pedilæ/uiroſæ/intercutitæ/ſcraptæ/ſcrupedæ/ſtrictiuelæ/gaſterochirę/cariſſæ/ uerſutiloquaces/exbalictatrices/fronte cinędo (nomine.s.arſenico) uitro oblito perfrictoq;/cerritæ/ſtlitium non ſculnæ depectriceſue/ſet malorum Ilias proxenetæq;. bonorum anullatæ & apotropeæ/utrorūq; infirmæ/alterplices/dupliones. OSC. Politule.uerum hæc butubatta/ſuperforanea/& triquetrinæ gerrulæ. Quæ tametſi facta anterius ueniabilia eſſe & citra noxitudinem amaroremq; nequeunt/in ſperibus tamen habeo mutabis clauom amodo. Idq; famulanter obuoſſacro obloſplacoq;. Q uo.n. piaculo gloſſam latinidem uiduares magmento ſi contra cta ualetudine ad ultramondanos biothanatus abires? VOL. Oblocuuias. Coracinum fortunatimq; uitæ iti/

ner ſortitũ me diurnaturum quam ab diuinipotẽtibus Exor-
cizatoribus certiſſaui poſt cuius deniq reabſolutionem/
gneſoſam ſetuoſamq reculam inter indigamenta cætera
apotelesmataq amoſiuerunt fantaruntq & mihipte ſom
norinum futauit/futurum s. Deorum pulpitariũ Me. Pre
terproter uero in pulla uictiturũ/donicum M. iſtum Ci-
ceronem Tullium a conſuetione ſermonis ſarte exciſſem
explaudã/&(ſi euenat ut redire poſſetur) pugnitus mor
dicibus perniſq/aberuncaſſam/protelemq. Tu uero inte
ratim poetarum uocaliſſime carminabunde preiudicatiſ-
ſime/quo blandiloquẽtulo affamine autannitatis caldor
deleniatur/ſi quid tibi nupa carmen aliſtructu poematorum
de moſillo cõcinnatum eſt/quæ per muſſicum logodaeda
lii palati concauom tinnientia quaſi tibiis multiforatili-
bus exfundis/ſedentaria foculatione concipilata dũ mo
ramenti exinanimus diuidiam (ni freceat) famino.
OSC. Tepeſtutis noſtræ geſtorum axabo initiũ. Cuius
operis ad omphalũ iam uentumſt. Poſtuma. n. & deinci
pitia ſchędia adhuc/rauda/plaſticeq poſtremiſſima haud
limata redigenda ſunt in ordinem. Ea perterricrepo hoc-
ce prefaminio canentes detonamus.

OFferumenta nuo noſtri ſequeculi honoſes
Pãdere/quo menõ Hypatos mage cõtulit en gau
Anterius lamuris/fuit aut gẽmantius ullum.
Prologium iam cette Deę/quę ueſcula/quęq
Fert uehea un mediocricula ad Aganippidos undam.

Caſcis cantabo uoclis hæc caſnariorum/
Rhodini ſollon ſectans numerumq; filumq;.
Andei & ualeant improlia metra Maronis.
Concrepat en Lucebouis alpens Cytthera dente:
Phœbeacus lucernat amor pectuſcula.Coho
Sicce fuam ſtlatus.Tu ſis mihi Apello fauiſſor/
Mnemoſiniſatæ & terternæ uopæ ſorores.
Falcigeri Seclum Sateurni nemo ſubimet.
Hoc melton:Rerum redinunt quo maxumitates/
Quo Tuba tartarino ſonitu taratantarat/& quo
Bombat terrimoton magnitrona & emda Boarda/
Tympana quo tergis rebount ſimul undiquouorſum.

VOL: Supra triſeclum hercle ſenem dulcioriloqui.ut fa liariis heroiſſant rhythmis.q̃ poetarum plaſmate cantile noſi ſunt.q̃ uariegato phuco picati inuſtiq;.q̃ uorſi pigmẽtis:. Tam ſunt carminati ſup Petauriſtas ſaltatricule/ tamq; profundas habent uoculas/ut axamenta uix cupencis ſuis interlecta antecellant.Ideoq; ſcio quemlibet legere ante ceſſaturum q̃ lecturire deſiturum. Promptiuſq; fecialem quempiam aut ueternoſum Gymnoſophiſtarum queſtionũ Aenigmatiſtam Hydramue ſoluturum/q̃ qs aliorum tetinerit intellegat q;.Atq; ego iſtud cuiq; ſcribũdi modum ample̟ctendum aſtaſſo.ne fiat uel tranſtiberino ambulatori facul adibiliterq; latialiter loquier.ob idq; deſpicatui litterarũ cõſuetio. Quid.n.ſi manifeſtus olim minimeq; enthecatus meandris grippis & inuolucriſculis ille nodus orbimperiportendificũq; ploſtri loramentum

Extitiſſet: non ne fas fuiſſet pecuato cuilibet microcoſmoq́/terrarum magna cum uiduertate rutubaq́/quod Alexantro ſemel contigit: Itaq́ bellatule noſtræ hereſi actum eſcit. Omnes copim me ametabundi non manifeſtis tabernariiſq́ immo tabulernariis uocibus ex plebitate pleuitateq́ ſumptis/ſet nocticoloribus ita prorſus obloquier (loquier dictum uolui) didicere. Vt ut non plures ſui ſectatores reliquiſſe Iannem a uitellis poſt abitionem nobis liceat non fucilibus adiurare. Equidem Poematium pumilii extrilidiq́ Caſmilli here mihi exaratū oſtentare poſſum/quod iſta tua ſiremps/compar/concinenſq́ prorſus uerat. Einemq́ nunc Apoſtolum occupatiſſimo noctiſurgio & anteeotino incurſim/celatim/perfeſtinatim/ſaltuatim/uelitatim conſcribellaui. Petiſſoq́ ut Lebrum Erotopecnion nobis mittat/quod te uelle noueram. Id tibi pellegā/ſi quid forte aliuta dicier cordiat/priusq̄ pro hac cartula ſuccidaneam ſubſiciat ſcripturarius famul noſter a manciolis.

Caſmillo ſorianti micabili radioſo Volſcus. S.

PHœbeis modulis amicitiei tuæ gaudialiter uolupti fice & uitulanter ſæpicule anacreon ignitabulum ſcintillulaſq́ nis refricuiſti/nuperaq́ capiſtratum & tanq̄ uehabulo iugatum iugiter betere petiolis ac iuare ſam ſiesti in æſtimiam/ut Gorgonei fontis aſpergine inroratas hinnientiſq́ riuo ungulæ merulentas Pimpleides poe

tica contenderim ſuperare prurigine. Et e tuis necunquē ſymmathetem contyroletam adſequuturum artitum. Te perculire menō inficiar. Hoceceꝗ aliiſcꝗ ſepioticis extrare familla exdecimatum facul/belliorem/uitatioremcꝗ. Et ne elographa promicando membrana confiat/ne longiſcam/neue ex laconiſmo in loquaculam bliteamcꝗ atticitatem deriuetur adloquium/ac exodium faxim/non tā hercle q̄ me tuom Eligidion urbium depopulatoris ſociēnos uerborum delenifico nepente & titillatu prurioſo pharmceutriaꝗ nidorum amorabundis illectamētis aeaea phaetontis phoebi fidia pellexit. Longurione itaꝗ diaſtemate diſſitus cicur ſaperda ſelino/in ſtudiorum malacia/litterarum agonio aſenas ne deſiua. quin prognariter antigerio lacertoſecꝗ in eapſe tete exinſules pedotribāꝗ me tuom aureacem prodromum/aeꝗ atꝗ piſculenti Piſtrici (diſpar tantum comparatio) cum caudae moderamine Muſculū ſimies qui de moſculo paleſtrans marte & coniti nigulorum bonorum aut ad ſpicilegiū relinquo ſtipulam/aut e uirgindemia uuilegium/aut e ſeniſecio quod quis ſiciliat. Sed hac de iſtis tenus. Non ꝗ nō longe plura ſcripturierim/ſed unde cauſſaſt ut ſermocinemur. Reluctanter/dubiatim/infrenanter atꝗ infernanter ab eo q alteras in nos utibilia contulerit cum alirei denuo ſeſe offert indigentia procare uls quicq̄ ueſci/ſubfenicei/ſubrufeceicꝗ cōſueuimus. Tua beneficia cymmeriis tam hercle apor me atritatibus non ſunt q̄ in bucca homonū. Quid .n. ſubactus pupus noſtrae pridem ferulae & a bua uſꝗ

uel negumaſti unꝙ ceruicoſus uel tergiuerſatus es: Quid
nunc etiam non omnia delenefico famulatu & ancilla-
tione cernuus conquinitus ocquiniſcituſq; indulges /
cum ramus parectatæ uixdum roboraſcit uoxq; gallu-
laſcit: Præbiteam ſi eorum bouinator fuam unquam
haud meminens. Non enim ſum his artibus cerro-
nem ut me poſſis uel ingratum cluere. Igitur in meo
rando eſt / cauiſſiſq; fœderum adcommodumq; ſi del-
pl ino temperius Liuium adnon triconem me / ſub pro-
peræ ſponſione redibitionis / miſeris. Liuium inꝙ Ero-
topegnion / uolumen putrilagine clancularium blatta-
rium & umbratilocum: non antenoreum illum ab Eu-
geneis logiſtoricum ſeu mauis longiſtoricum patella-
rium authorem & in qui uel ex Pollione patauinitatem
gnouimus. Scio ppol fore fere iſtud impoſſibile impeli-
mentoq; ꝙ tibi non fuat integrum. neq; poteſſe pœnita
honeſtitudine obiniri/citraq; terriculamentum tatæ pclã
taximq; tranſmittier: ei preſertim qui/ut ab raponibus de
pręhẽſis ab'gnatis animaduortere errata ſuerit. At tu ſibus
enixim ſentina ſatimq; quomodolibet adgretus dum im
petraſſim modo. Eum conniuole calue/cetra cuſtodelaſq;
impinge. Qui ſi ut deliquum queat toper porcet/non ſte
tiſſe tuam tamen p ſocordiã ꝙ uel tricinie uoto multes
meo. Neq; eſo pollicitus/ſi duis ꝙ adhamabis tibi me of
ficio intermino. Fas eſt quippen alumnationis/nutricatus
mageſteriiq; reminiſcier. Antipelargiaq; philoſtorgiam
redhoſtire diadaſcalorum. Fibrum quod tibi. Mello

nis caltulæ gnatæ/ãthracinæq; lolliginis affatu ſolino pro petroq; / hoc eſt/ne merteris mugineriſq; in alia elucutionis caſtitudine eleuieq; quam noſtrate ape. Cætera ſuſq; deq; fero. Nec inciliaberis. De fidelitate ſerrulata cordicitus / confeduſta / cauleſcenteq; ut nunquam decauleſci deſtirpeſciq; ualeat / germanitus hoc pro pacione pago / ꝙ hilarodo tibi ſubulo / gizeriator / gingritor / æneator / flator / fabitorq; fuam. Hæc ad te pachyteron degrummatus ſum. Salue pancratice / proſperiter / baſilice / athletice / ac fauſtiter. & me ama mutuiter atq; amiciter ſubſignatum Rhomæ. O S C. Melli fluentia mehercle atq; anthologica. ſententiæ fabræ / pulchrales / bracteatæ. Et poteſtur tamen fieri tanta ut perperitudo tetinerit aduoſes foſteſq; neotericos / qui ſimitu & cunctim nos pipulis uellicent / ac tantidem quaſi fœta canes irriant / baubent / morſicatimq; protelent. Nouum loquitandi genus daliui neotimoneſq; liuoribus / rancidati exprobrantes. Vndulata oblitteraq; obuaraſſe nos / quæq; obſorduerint induſſe. monſtroſaq; uideri / ipſis ſcilicet experitis & a Menerua extreme retorridis. Soleciſtes / opſemathes ꝙ omnia admiremur cupreſſumq; adſimulemus / quietaliloquos / opicoſq; dictantes. ronchiſonis / rhinoceroticis caperatiſq; naribus palam conſputant. a ſcapilio pinſunt. apluda nequiores!. Quibus lociolenta omnia & uel alabaſtra exotici ungenti refertiſſima putent. fordeo / foueno / ſtrataminiq; bellutæ q̃ auro mage inhiantes.

VOL. Aruncum Nannacumq; uolo noſtra tantum cū
natatore delio pellegere. Et quid amuſi/arythmi/apaleſti
fungi/murgiſones/naſutuli/rureſtres/ſaturnalia redolen
tes/bardi/pperi/blemmi/cerriti/lauarti/bucones/momi/
ſenſu raui atq; indolatiles/nullo ſale morologio oximo-
rioq; praediti/putitii/alabandici faſtidiliter ſentiant ma-
nū nilum uorterim.noegeiq; ne ſint cicumae,ne/coraceſ-
ue/triuialiter hectaq; curio neglexerim.Cope hoꝝ ſubdu
cti ſupercilii carptorum rabioſulorumq; rabularum cote
liuoris acuminatas linguas ſarpam/ſi tin gymnaſiarchen/
anteſignanū/archipolipolemarcūq; cōſuetione latini no
minis diſflauitare peſſūq; daſi contigerit. OSC. Interle-
go/Ciceronem dicis. VOL. Im inquam/equirine &
per Altellum Pambaſiliæ urbis plaſticem/inaniloquom/
halapanta/ſetuoſum/in litteris litteratis tenebrionem/
uerborum ardum infantemq;/arenas ſine calce/malthā/
compedarctoréq; Romeę linguæ rumifero.Quem ego
ſi quando forte lego/cacaturio. OSC. At putauit ſtolo
connubio ſibe nexam indeletili ſinechamq; dicatam/quā
ſemel introduxit decima cū peſeſtate &ſup.Gallageticoꝝ
gladie loquitandi conſuetionem/nec fore futurum ſpexit
ſectaturos nos ſermonem nō quo loquontur ſed quo lo
quier,deſtiteront.Verum qui pacto euallauerit perpetia
illatenus carmentalia hæc/ac uerminariis tarentiſq; uerbo
rū lecythis garriditare impancratus fuerit/obſtinere haud
cliuium eſcit: Captator popellaris auræ ſyriſcus/implana
tor/uerſicariusq; fuit.Sic proſopopeia quadā tetrica/&ſul

lana alemanicaq; labe nigreſcente liliato barbitio rudibus adhuc & exdocilibus aduelitationem perſuaſit uerberaliſſimus dierigenduſq; homuncio. Cuius Eloquentiæ Qui aſſeclæ ſunt AQVARIOLOS dixeris. VOL. AQVARIOLOS? Pulchella paliureaq; comparatio. Iſti.n.homulluli ut ſordiduli ſunt aginatoreſq; / ita calim adulteriones Romanicas cõſueueront molere. Et ille filiam.

ROMANA ELOQVENTIA.

IAmdudum neſcio quis uerborum ſtrepitus noſtris auribus inſonuit.id adeo uiſo/qui nam perturbaturi tantos apparatus huc aduenerint. OSC. Eapſe illaſt dõna Romana puta Eloquentia/ni ſum tongione frauſus. Quid aiis? VOL. Ipſape / Ciceronis quidem oxſor. OSC. Aetate mediaſtina Matrona uieto/ſenico / querquero q̃ male nupta uiro.uerum pauciens difficulq; aliuta contigit. Neccam Aphroditim melior ſortitus ipſus eſt obſticus/cataxq; Volcanus. RO. ELO. Hi ſunt/ut uideo / quos audiſſe me dicebam. VOL. Ceciatur ſua lace ſapſamet/ſi famuletio/eritudine/famulitate/ ſeruitritio caſtigatur/obpuuiaturq;.tritis induculis/nullo cõduli unguliue oſnamento operita deſiduo cõmetans. Quianam quippen cinefacto ſaltim ſo/ concorditate impetrita gnaritatem noſtram ueturinamq; moracilla duricors biuita reformidauit? ELO. Quæ(malum) portẽta con-

memorant? quid obloquuntur? his noſtrum potuit pa-
tere Proſcænium? Agnoſco ecaſtor & ſermonis pariter &
oris monſtra. Non ſemel horum intemperies iniurię me
admonuit. Adibo/ac propellam ipſos. Præſtigiæ q̃pri-
mum hinc abſcedite. Quæ iſthæc peruicacia? An ideo
acciti urbem eſtis/ ut hoc ipſum quoq; oris ueſtri peſte
Latium inficiatur? Non ſatis uidebatur/niſi intra lares
proprios laceſſieritis? Ite malis auibus.extemplo inquam
amolimini. OSC. Nos qui abrodietæ quiane eruditio
nis propagatores ſumus ita excuriamur minaciis?
ELO. Sed uerbis parum creditis? Hem dromo & tu
Hippaſime optime adeſtis.Sublimem utrũq; horum hu
meris attollite. VOL.Subuoſplaco menon oppuuiis de
puuies.corgo ſi taxis. ELO. Etiam blaſphemias addit
audaculus.Sic ſoleo ego improbos ſtolidulosq; diſcipu-
los)tanq̃ fugitiua mancipia/corrigere.ut non tam uapu-
lemini q̃ ludibrio ſitis omnibus. Ecquid portentoſa iſta
unq̃ amplius uerba promere audebitis? VOL. Ah aha.
ELO. Ecquid uos pudet? VOL. Prebiteo/ uallefco.
ELO. Mentiris. Cum Valla ſiquidem Laurentio filio
meo Romano pariter ac nitidiſſimo uobis nunq̃ conue-
nit. Tibi dico/ Num illum cæteroſq; elegantiarum pa-
tronos ſequuturus es? VOL. Si aliuta q̃ diſcobinatis in
ceps nancitor quemq̃ noſtrũ hiſcere/ſiq; uulpinabimur/
caballo flige. ELO. Nequeo quid reſpondeas aut intel
ligere aut coniectare. Igitur/quouſq; poſtea edoctus fue
ris/quod loqui ſtatueris annue. Mauis itaq; reſipiſcere/

& ſermone qui hominem plane deceat non abuti ? bene
habet / ānuiſti . Tu uero alter pari modo uapula. OSC.
O/ueh/o/ueh. Aiutamini. ELO. Pudeat/tedeat pęniteat
nil proderint hercle eiulatus. Euomere eſt animus mon/
ſtra iſta pectoris ? Irridere me audebis amplius ? OSC.
Pertiſum eſt futaſſe. Dii me perduaxint / ni Romearum
ipſa es lamia lamiiſſima. ELO. Lamiam me etiam
nunc appellare audes impudens. Num facti penitet.
Quando igitur ita uis / uſq; uapula. OSC. Atqui di
co ego te nobilem nobiliſſimam. ELO. Hem / tria po
tuiſti tandem uerba promere noſtratia. Hoc eſt ergo / la
mia lamiiſſima ? Nunc ambo preeunte me excipientes/
facite ut intelligam. nec ipſi quicquam addite. Num/
quid uos pudet diu aſſueti ſummo cum dedecore ſermo
nis huius ? Pudet. OSCVS ET VOLSCVS.
Pudet. ELO. Num etiam poſt hac illum pœnitus eii/
cere / atq; hunc noſtrum a primis rudimentis imbibere
promittitis ? Promittimus. OSC. VOL. Promitti/
mus · ELO. Sinceriter quantum fieri poterit ac ſancte ſer
uaturi ? Sancte ac ſinceriter ſeruaturi. OSC. VOL.
Sancte ac ſinceriter ſeruaturi. OSC. Quin etiam ha/
num ponere / teq; uſq; paratragediare. ELO. Hoc eſt
quod monui / ne qd ultra garriretis. iam cognoſcere po/
teſtis puerſa rerum aſſuetudo quantū poſſit. Dii faciāt ali
quādo doceri meliora uos cōtingat. Nūc Hippaſime ac tu
Dromo hos ab humeris depōite. Vos gēibus flectimini :

atqꝫ ita rē in uerba mea iurate. Per hoc ingens/uenerabile/ac triumphale iterum futurum Capitolii ſaxum. OSC. VOL. Per hoc ingens/uenerabile/ac triumphale iterum futurum Capitolii ſaxum. ELO. Per eam qua polluerunt pollent pollebuntqꝫ Romani facundiā. OSC. VOL. Per eam qua polluerunt/pollent pollebuntqꝫ Romani facundiam. ELO. Iuramus/pollicemur/ſtatuimus. OSC. VOL. Iuramus/pollicemur/ſtatuimus. ELO. Ab eo/qui diſplicere iam incipit/uerborum uſu poenitus abſtinere. OSC. VOL. Ab eo/qui diſplicere iam incipit/uerborum uſu pœnitus abſtinere. ELO. Quod ſi id fieri non poterit/unicuiqꝫ liceat maledictis uos inſequi/laceſſere/lapidibus petere. Abite deniqꝫ & cauete.

RO.ELO.AD.SPECTATORES.

FRactis olim Romanorum uiribus illud omni clade contigit aſperius/ꝙ captiua ego Barbarorum laniata āc ſciſſa fere ad internitionem uſqꝫ fuerim. Diu poſt unde mihi adminicula ſperaſſem ſæuior illata uis eſt & maior peſtis.horum.s.noua doctrinarum perſuaſio/ſermonis portenta/ab ultimis oblitteratiſqꝫ repetita temporibus dicendi ruſticitas atqꝫ aſperitas. Nunc bene actum eſt/exploſi iſti ſunt.non eſt amplius quod conquerar. Quin etiam mandato Dei Opt. Max. Romani ciues mei uobis iuſſa ſum edicere/placitum ſibi/rurſus [illegible]

tium Vrbs noſtra potiatur.armis/ ſi quando bella exegerint/ſed pace nutuq; omnia ac ſemper. Ideoq; ſanctiſſimum Leonem Decimum Pont.Max.Numam Pompilium alterum inſtituit cum tanto uiro Iuliano fratre/ meo & totius Orbis amore: Quem uos hodie (quod bonum fauſtum felixq; ſit) Ciuem facitis.Cur etenim/ quod nulli antehac/ tot honores ſpectacula ſtatuas tropheа ſtatuiſtis? nempe de futura inſtauratione diuinantes. Cur me lætam adeo conſpicitis? eadem/ſed certior cauſa eſt.Damna igitur tantis bonis penſaturi curas ponite priores/ſuauius poſt fortunæ uices gauiſuri. Natura.n.comparatum eſt/ut quam quiſq; ſibi maxime libertatem uendicare niſus fuerit/partam deniq; dulcius inſpiciat/ſanctius foueat/diutius tueatur.Ingruerant hactenus ſæua Martis munera:maduerant (& uidimus) campi tanto Italorum ſanguine/ut uix Quæ per Iulium ſecundum reſpiſcere iam ceperat/inſtauratum iri unq̃ pœnitus cenſeri potuerit:cum ſubito auguſtiſſimus hic uotis omnium petitus ſuffragiorum ſanctitate condicitur ac nuncupatur. Atq; ita nouus Pontifex mirum eſt q̃ uniuerſis de ſe maxima promiſerit.q̃ pacem/probitatem/ concordiam ex alta tanq̃ ſpecula rediuiuam omnes contemplentur.q̃q; duratura libertatis ſtudia hoc uindice ſtatuerint: Neq; uero id iniuria.Quis.n.locus aut dies eſt/ qui non uirtutis eius unumquemq; admonuerit? Ab adoleſcentia/ ſupra q̃ contingere uix ulli unq̃ potuerit/ea uſus moderatione eſt/ut abſtinentiam/pietatem/

Digitized by Google

manſuetudinem in eo omnes admiretur. Falſo patrem quandoq̧ iura populis daturum filium qui predixerat / uaticinatum ac non potius ex tãta probitatis indole di-udicaſſe rentur Bonam itaq̧ poſthac de rebus ſpem cõcipite. Reditura omnia in melius iam credite / ac Valete.

¶Neminem hic unum aut alterum deriſimus adoleſcẽtiæ calore / ſed quẽcunq̧ ita loqui ſolitum compertum haberemus. Si igitur/quiſquis es/inique tibi dictũ ęgrtuleris/memento temetipſum reum agere. Si æque eodem oris uitio nos arguere poteris quo te reris accuſatũ. ita non magis tibi contradicere q̃ nobis iudicabimur.

FINIS.

99 256434

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google